

omnes fructus ac damna, ad ipsos loco defuncti at-

- 19 Illud est observandum circa haec tenus dicta tota hac disputatione, quamvis actio bonorum raptorum regulariter solum concedatur ijs, quibus iur-...

19 Illud addo, quando in rapina rei, de potestate eius, qui illam tenet, iniuria aliqua personalis in-

D I S P U T . 697

De damno iniuste indebite dato

S U M M A R I U M

- 1 Damnum in rebus externis indebitum, hoc est, culpa saltem iuridica datum, ex qua illud datur tenetur, quod...

- 11 Damnum datum ex militum exercitio valde periculo-...

- 12 Damnum datum ex domibus aquae detractione sine...

- 28 Damnum si idcirco ex animalibus sequatur, quod quis...

- 41 Damnum si datum sit vulnere in mancipio, quando...

D iceendum deinde est de damno, ut à furto & rapina distinguitur, iniuste, indebite, hoc est culpa saltem iuridica dan-

tali viurpatione sequatur, tunc illa, etiam si sit licet...

4 Pec particularis denique, culpa saltem iuridica eam dantis, ex qua legum praescripto tenetur...

5 Vtrum autem tunc contribuere teneatur vicinia, ad oppidum, ad compensandum damnum...

6 Praeterea, quando nauigium, quod anchoris tenebatur, aut quo nauigabatur, abique culpa domini...

A fit, aut aliud damnum ei, rebus, in portu, aut in mari expansis, aut cuius alteri rei, dedit, tunc, sicut...

Eadem ratione damnum, quod furiosus, aut quicumque alius vltim rationis non habens, dedit, cum culpa...

Ad damnum de quo nobis hoc loco est sermo, pro quo competit actio legis Aquiliae, satis est, si datum sit culpa iuridica...

Obseruat verò optime Couar. in 4. decretal. par. 2. cap. 6. §. 8. num. 14. cum dicitur, tunc aliquid lege Aquiliae ex culpa leuissima tenetur...

D circa aliam materiam, pretio exercendis, accipit, si aliquid damnū inferat eis actibus, aut aliqua omissione, circa eas res, vel inde vltioribus conductoribus...

E eaque de causa, neque circa custodiam tenetur nisi de culpa leui. Item, quia quando aliquid fit in cōmodum tantum alterius, tunc, qui illud exercet, solum tenetur de dolo ac lata culpa, non verò de leui...

ceat aliquid in bonum alterius, atque eo facto, aut omissione aliqua, damnum ei inferatur, in cuius cōmodum fit, non tenetur inferens...

Iuxta hac intelligenda sunt, quae traduntur, l. qua actione. §. vlt. & l. sequenti in prin. ff. ad leg. Aquil. §. praeterea. in ff. eo. titu. & l. 9. titu. 1. §. par. 7. nempe, si medicus, chirurgus, veterinarius...

Couar. in 4. decret. par. 2. cap. 6. §. 8. num. 13. Maranta de ord. iud. par. 4. di. 1. num. 71. & alij quos referunt, tradunt etiam aliam limitationem dispositioni legis in lege Aquiliae...

rum duellus corrumpi patitur, lege Aquilia non tenetur. Sanè ex hoc textu nō videtur, vnde potius colligatur, legem Aquilianam locum non habere, quando damnum...

Quando verò actus praecedat, ex quo imminere potest periculum, nisi vigiletur, ac damno occurratur, tunc, est culpa ac negligentia in vigilando ac occurrendo...

Secunda respositio ac expositio glossae est, quod damnum prouenit ex culpa, quae in omissione mera, modo explicato, consistit, non competit pro eo damno actio directa legis Aquiliae aduersus hunc culpabiliter...

legis Aquilia, esto directa non competat, de qua sola intelligendi est Iulianus. §. denique consultus, cita totaque ita iura iuris consonant. Quid autem interit inter actionem legis Aquilie directam, & inter vitalem, atque inter actionem subsidiariam in factu, iuxta iuris civilis subtilitates, ( quæ vitam ex iure abscederentur ) habetur in de lege Aquil. §. vlt. Ac sanè §. si fornicarius citato, non verò de leuissima. Quænam sermo est de colono, qui custodiam fornicis commisit seruo, qui obdormiuit, ex eaque culpa vil conducta est successa. Colonus enim conductor solùm teneatur de leui aut lata culpa, ex conducto, si ea culpa ipsius interuenit in eo seruo deputato ta hic custodia: si uerò in ea deputatione non interuenit tanta culpa, ipse ad nihil tenetur. Custos uerò, si erat mercede conductus, aut mancipium illius, tenetur domino villa, loco coloni, actione uti legis Aquiliae de damno dato, vt in §. si fornicarius, definitur, ac proinde, si hic custos mancipium erat talis coloni, tenetur colonus, vel solvere damnum loco mancipij, vel tradere mancipium domino villæ. pro eo dā no, esto nulla interuenit culpa talis coloni, iuxta ea que in sequentibus dicemus de quasi delicto, & actionibus uerè noxalibus, atque cum hac tota doctrina consentit aperè §. Proculus in eadem lege si seruo seruum, subiuictus. Quare ex iuris citatis non colligitur, solum culpa leui competere: quòd si in omifione consistat, locum non habeat actio legis Aquiliae pro damno ex ea sequuto, competat actio legis Aquiliae pro damno ex ea sequuto.

Couar. idem confirmat ex glossa. l. si mora, verb. ne factu. ff. soluto matrim. & ex glo. l. in lege Cornelia. ff. ad senatus consult. sillaniam. Hec tamen nihil vrgent. Cum enim lege si mora, citata, habeatur, si maritus vxori dotem, soluto matrimonio debeat, eamque illi offerat, atque vxor in mora sit eam flatim accipiendi, non teneri illi deinceps maritum, quoad dotales iudicos, de culpa, sed solùm de dolo malo, si non colatur, fructulque non percipiantur, reddatque ratione textus, ne factu mulieris, hoc est, ne mora in accipienda dote ablata, maritus in perpetuum agrum eius colere cogatur, cum, inquam, hac ita in ea lege habeatur, glo. Accurlij verb. ne factu, sic querit: Sed quid si maritus in faciendo commisit culpam leuem, aut leuissimam? Respondeo. Tenetur, vt sup. ad legem Aquil. l. in lege. Et hic in non dando loquitur, vel negligentiæ. Hæc, inquam, nihil vrgent pro opinione Couar. & Marantæ. In ea enim glossa equaliter, eodemque modo, est sermo de culpa leuissima & leui, quòd scilicet, si consistat in omiffione, de ea non tenetur maritus lege Aquilia, secus uerò si consistat in factu, quare, si sententiæ eius glossæ esset standum, idem dicendum esset de leui culpa & leuissima, cuius contrarium affirmant doctores eius sententiæ. Quòd uerò ad rem ipsam, & ad sententiam eius glossæ, attinet, obserua. Eo ipso, quòd maritus dotem vxori obtulit, illaque in mora est eam accipiendi, perinde maritum manere de obligatum à curandis rebus immobilibus dotalibus eius vxoris, atque quicquid aliud; si tamen fructus aliquos recipiat ex eis rebus, teneri eos reddere illi vxori, vt in eo textu subiungitur. Hinc dico, si omnino negatiuè se habeat maritus circa ea bona immobilia, de nulla omnino tenetur culpa, de qua teneretur, si nõ obtulisset eam dotem, iuxta ea leuissima sit, siue leuis, siue etiam lata; quia non magis tenetur ad curanda ea bona, & ad impedienda damna circa illa, quam tenetur quicquid aliud extraneus, cui nulla omnino negligentia circa ea bona imputatur ad culpam. Quare, si de culpa hoc modo sumpta, quæ in mera omiffione circa ea bona consistat, loquitur, falsum affir-

mat glossa in eadem lege verb. culpam, dum ait, tenetur de culpa lata; quæ dolo acquiritur in re enim proposita, non equiparatur dolo malo: sed factum quando quis tenetur aliquo modo ad custodiam rei alicuius, vt tenetur depositarius. Si uerò maritus ali quem actum exerceret circa ea bona, cum ad eum nõ tenetur, tunc, vel actus respiciat administrationem, ac agere negotium vxoris, vel non. Si ad administrationem & ad negotium vxoris attinet, tunc, si gratis illam exerceat, neque impediat alium, qui eadem negotia & administrationem suscipere, solùm tenetur de dolo, & de lata culpa, non uerò de leui, aut leuissima; perinde atque qui in materia de negotij gestis dicta à nobis fuit: atque, si in hoc euentu loquitur glossa verb. culpam, citato, uerum affirmat. Si autem actus, quæ exercet maritus circa ea bona, non spectat ad administrationem eorum bonorum, & ad negotium vxoris, tunc, si ex illo sequatur damnum in eis bonis, tenetur maritus lege Aquilia ad id damnum, etiam si culpa eius leui, aut leuissima, obtinisset, perinde ac teneretur quicquid extraneus, qui ex eadem culpa id damnum dedisset. Quare doctrina eius glossæ nihil omnino vrgit ad id, quod Couar. Marantæ, & alij doctores eius opinionis incedunt. Glossa uerò in lege Cornelia solùm ait, plus culpa esse in factu, quo serui aliqui dominum suum interfecerunt, quam sit in omiffione defensionis eiusdem domini, quòd uidebant interfici ab alijs: inde uerò non uideo, quod vrgens argumentum erui possit ad opinionem Couar. ac Marantæ confirmandam.

A Couar. & Maranta citatur. l. qui uides. ff. de incendi. rei. nauis. non quidem, vt inde suam sententiã confirmet, sed ut eum textum iuxta suam exponat sententiam. Ceterum in ea lege totum habetur, quod cum acrius puniri debeat, qui sciens & prudens incedit ad edificium, atque adeò uoluntariè eo modo, quo appellamus homicidium uoluntarium, vt distinguitur contra casuale: si tamen casuale, id est negligentia, ( vt exponit ipse textus ) ad edificium incedens, debere soluere damnum, aut, si non habeat unde soluat, debere leuis castigari, quam scilicet si sciens & prudens id fecisset, pro quantitate uidelicet negligentie ac culpa. Ea autem lex potius confirmat cõtrariam sententiam: nomine enim negligentie, omnis iuridica culpa intelligitur in eo textu, quæ non est eum sententiã, aut intentio, eius damni: & ex quacunque ta si negligentia afferitur, teneri incendiarium ad reparandum totum damnum: si uerò non habeat unde illud reparat, debere luere in corpore pro negligentia & culpa quantitate, spectata simul latitudine dā ni illati. Cõsentit. ff. de hospitalium. §. qui ob inimicitias. ff. de penis. vbi, cum ob incendium scierit factum grauior multo pena statuitur, additur: Nam fortis ita incendia, hoc est que sunt præter intentionem, si tamen emitti possent, per negligentiam eorum, apud quas orta sunt, damno vicini fuerint, ciuilitate exercentur, ut qui iactura affertus est damno, dicitur, hoc est, lege Aquilia agat ad illius solutionem, vt glossa ibi exponit, vel modice uindictetur, pro qualitate uidelicet culpæ, & damni quantitate, si, qui illud dedit, non habeat unde soluat. Vbi uides, negligentiam omnem culpabilem in euadendo damno ex incendio puniri lege Aquilia ad damni solutionem, aut si, qui illud dedit, soluendo non fit, agi criminaliter ad penam corporalem, pro culpæ, & damni quantitate.

Hinc certè non probo opinionem Couar. vbi sic pra, & quorundam aliorum, qui, ducti de uerbis sumdamenis, à nobis hac tenus eueris, afferunt, si culpa leuissima eius, qui ignem incendit, sequatur exustio & damnum bonorum proximi, nõ teneri incendiari-

rum lege Aquilia illa soluere, si negligentia ac culpa leuissima fuit in omiffione aliqua neignis incensio noceret: fecus autem, si fuit in ipso actu incensio nis ignis. Eo enim ipso, quòd ignis est incensus, praespiciere ac vigilare tenetur, quum illum incendit, ne res alterius incendat ac perdat, quando periculum ali quod est, vt id sequatur, & saltem per diligentissimum prouideri possit, ne sequatur: nec minor culpa est, eum ignem incendere, attendere debendo ex eo posse sequi damnum aliorum, nec vigilando, & occurrendo, vt non sequatur, quam quando est incensus, & superuenit circumstantia, ex qua attendere debuit imminere periculum, ad id negligentem non attendere, ex negligentia que non accurrit ad damnum ex eo igne uitandum. Quo fit, vt quando ex igne succenso damnum est sequutum in bonis al terius, attendi debet, an uel negligentia culpabilis fuerit ex parte eius, qui illum incendit, aut quum in studiam illius est relictus, qua potuerit ac debuierit vitari id damnum; quòd si prudentis arbitrio aliqua reperitur, vel in igne incendendo, vel in illo custodiendo, ne noceret, quam diligentissimum adhibuisset, adhibere que tenetur, quia cum eo onere incen dere quis ignem debet, aut facere quoduis aliud, unde uenire potest, ac solet, damnum proximi, tunc tenetur lege Aquilia reparare id totum damnum, aut luet in corpore modo expiato, si non habeat unde soluat, si uerò nulla talis interuenit, ad nihil tenetur. Atque iuxta hæc accipienda, & intelligenda sunt, que habentur. l. si seruus seruus. §. si quis infulam. §. si fornicarius, & §. Proculus. l. qui occidit. §. in hac quoque, ff. ad leg. Aquil. l. i. c. & l. i. tit. l. i. par. 7. c. si egressus iuncto. cap. vlt. de iur. & dam. dat. que iura hæc non tam sententiam confirmant. Memen to tamen, quòd quando is, qui damnum intulit, mercede erat conductus comparatione eius, qui damnum accepit, atque tunc exercebat actum tanquam ad id conductus, & in alijs similibus euentibus, non tene ri de culpa leuissima comparatione illius: vt supra dictum est.

Est uerò res hæc tota de damno culpa dandi, aliquibus ueluti exemplis ex parte de p. m. p. i. uti que definitionibus, amplus exponenda, implem. intel ligatur, quando & quousque legis Aquilia actio locum habeat. Atque supra dictum est, si quis damnum det aduersario, se itaque defendendo eum mo denamine in pace tutelæ, locum non esse actioni ex lege Aquilia: quia illi licite frigitur equè perma tere, quasi bello defensionis iusto, iuxta. l. si uentum. §. qui cum aliter. ff. ad leg. Aquil. & l. i. tit. l. i. par. 7. Est tamen obseruandum, ad quam inferre aggressio ri in ipso flagranti delicto ad iniuriam propitiandã, & se defendendum; non esse mathematicè sumend um, vt, si modicum, quid excedatur id, quod præ se sufficeret ad defensionem, locum habeat actio legis Aquiliae pro tali damno aduersario allato, quia eum aduersarius est in culpa ac læssit, difficileque admodum est tenere modum, uenijh omnino excedatur, quod præcisè sufficit ad defensionem, sanè, si non multum ac parenter excedatur, locum non habebit concedi aggressioni actionem legis Aquiliae ad eum excessum maxime, qui tunc locum habere uideret quasi compensatio pro intentata iniuria ab aduersa rio. Vnde l. qui occidit in prim. ff. ad leg. Aquil. ha beatur, si quis deprehendat seruum alienum ad in te rantem cum sua propria vxore, eum que interficiat, non concedi domino talis mancipij actionem legis Aquiliae aduersus interfecitorem ob id damnum ei illatum: quia læssum esse ab eo mancipio tantum iniuria ac contumelia, exculat interfecitorem à solutio ne eius damni, facta ueluti compensatione, legis au thoritate, eius damni cum contumelia & iniuria ac cepta. Hinc iam intelliges, quod subiungitur. §. qui

cum aliter, citato, & habetur. l. 6. tit. l. i. par. 7. Nemp e, si duo rixentur, & unus mittat lapidem in alteru, aut aliter intendendo illi damnum inferre, præter suam intentionem, percussit transeuntem, aut quem uis alium tertium, etiam si in sui defensionem ab ag gressore id efficiat, teneri illi tertio percussio actione legis Aquiliae de damno ei dato. Intelligendum est enim id, quando aliqua sua culpa id fecit, quia potuit id euitare: si enim nulla sua culpa id fecit, quia præcisè fecit, quod omnino necessarium ei occurre bat ad sui defensionem, neque attendere debuit dā num imminere alteri, tunc, cum nulla sua culpa id fecerit, etiam comparatione eius tertij, non tenetur ipse lege Aquilia compensare id damnum, vt satis in nuit lex 6. citata, dum hanc reddit rationem, cur tene tur, quare como quareque et non fito a sabindas el damno al otro, uero accatio, por su culpa, quasi quando nulla omnino interuenit ipsius culpa, ad nihil ipse teneatur. Atque ita affirmat iij Gregor. Lopez, alle rens cum legem ex planare eam parte. §. qui cum al ter citatum, atque Azonem eodem modo intellexit fecit. §. Aggressor tamen tenetur tuc lege Aquilia ad id damnum, tanquam qui sua iniuria occaso, & ueluti causa illius fuerit. Si autem aggressus in sui defensionem, ad uitandum maius suum malum, leuis intulit proximo in bonis extraneis, attendens, aut attendere debens, posse id sequi, tunc tenetur, in defectum aggressoris, illud ei reparare quoniam ea lege, ac conditione, debuit se exponere periculo illud inferendi in suam defensionem ac commodu, vt illud ipse repararet, quando ab aduersario non re faricaretur. Est forte duo iura citata, attendendo, quòd, peccatore intendens aduersarium, regulariter sua culpa percurret tertium, aut quòd sub ea condi tione se exponere deberet periculo eum percussio, quòd, saltem in defectum aduersarii, ipse damnum repararet, absolute statuerunt, teneri lege Aquilia id damnum reparare.

Quando ludus esset ualde periculosus, quia facile nocuum entia uiserte possent transmittibus, & solis militibus in cento loco ad id deputato propter id de putato propter id periculum concessis, vt iacula, ut mittere exercitationis atque in defensionis ad bellum gratia, tunc, si miles in loco ad id deputato eum exer ceret, & forte interficeret mancipium illi transiens, non teneretur lege Aquilia domino talis mancipij ad damnum, nisi constaret, uidentem mancipium, iacula nisi illud propter periculum. Ratio est, quoniam tunc nulla pax sumitur culpa in tali milite, sed potius in mancipio, quòd, sciens, aut scire debens, eum locum esse militibus ad id deputatum, illa ita transiit, vt percussio possit. Si uerò non miles ibi id efficeret, maxime quando non simul eum militibus se ibi exercebat, aut miles extra eum locum, idem efficeret ac mancipium, aut alius animal interficeret, tene tur de damno lege Aquilia quia culpa ipsius id dam num eueniret, excedendo rem ad eò periculosam exte tra locum ad id, propter res periculum, solis militibus, peculiariter deputatum. Atque de eiuusmodi solo ludo, qui tam hodie nullibi, quod sciam, est in usu, intel ligo, licet si obstruax. §. penult. & vlt. ff. ad leg. Aquil. & §. iniuria in l. cod. de. ac. eo quòd hæc iura de eo solo periculis loquantur, neque credo, id trahendum esse ad alia exercitia, ut ad iactandum, ad iactandum iactationum arundinum, ad cursus alios equorum, & ad similia aliqua, in quibus licet non nullum sit periculum, quòd aliqui in causis, & qui pericula fu gere ne sciunt, sed potius illis uidentur se exponere, quorum pedibus damnum notabile accipiunt, aut etiam interficiantur, non tamen eminus grauius ferire solent. De eiuusmodi uerò alijs curibus equorum. l. 6. tit. l. i. par. 7. iuncta. l. i. tit. 8. par. 7. habetur, quòd si fiant in loco ad id conducto, ( ad eum, & quando

quando homines non sunt incauti ac ignari, quod curri equo tunc ibi veluti sanè, si aliquis transferim se obicit curribus ejuorum, neque eques contineat, aut remouere possit equum, ne illum conculcet, non tenetur ad damnum subsequutum: quoniam eques tunc in nulla sui culpa, sed potius is, qui se incaute curri equo obicit. Si vero equi curtus fiat in loco ad id non consueto, aut inconsueto quidem, quando tamen homines incauti sunt, quod curri ve hant, tunc, nisi uocibus prius sufficienter præmonerent, ut omnes carui equi cedant, aliqueque ecuclet, tenetur de danno dato: quoniam culpa sua id damnum est sequutum: fecus autem, si sufficienter uocibus præmonerent, ut omnes cedent loci curui.

12 Quando aliqui pila, uerbi gratia, ludens, & casu euenit, ut pila percuteret tonforis manum, qui nouacula radebat gulam, atque ita, qui radebatur, fit percussus, aut interit, tunc, si in culpa fuit tonfor qui videns alios ibi ita ludere, se exposuit ad barbà in eo loco radendam, non tenetur ad damnum, qui ludens, nisi uocibus prius sufficienter præmonerent, neque ab eis præmonito: quoniam non essent in culpa, quando in loco ludens, in quo non tenentur desistere à ludis, sed tonfor, qui locum tutum non elegit, tenetur ad damnum: nisi, qui radebatur, scies & prudens elegerit ibi radi: nam tunc ibi debet imputare id damnum. Quando autem aliquis aliter im pelleret tonforem, atque ita, qui radebatur, nouacula, aut alio instrumeto feriretur, prudentis arbitrio est attendendum, an impellens fuerit in culpa, vel tonfor, qui eo in loco elegit radere, vel qui sciens & prudens elegit eo in loco radi, atque ei impurandum est damnum tanquam causa, qui prudens arbitrio, causa, aut occasio illius fuerit iudicatus. Hæc habentur l. item. Meta in prin. ff. ad leg. Aquil. atque idem intendit. l. 27. tit. 15. par. 7.

13 Quando ludus, in quo aliquid est periculi inter colludentes inter se, quia vnus superare, impedire, aut deicere, conatur alterum, est permissus, si enim esset prohibitus, damnum, quod inde alteri sequeretur, imputaretur illud interenti, iuxta. l. nam ludus. ff. ad leg. Aquil. tunc, si vnus colludentis, non transgrediendo moderationem ac limites, qui in eo ludo esse debent, nocentum aliquid alteri inferret, ut in lucta, in fistulido, in teamento, in iaculatione arundinum, & in similibus aliis, non tenetur lege Aquilia illud resarcire: quia non conferetur datum culpa inferentis, qui suo iure in eo ludo est usus, sed potius conferetur casus, & absque culpa in eo ludo, euenisse. Ita habetur. l. qua actione. §. i. quis in colluctatione, & l. i. ex plagis. §. vlt. ff. ad leg. Aquil.

Si cui traditus sit aliquis ad eum deponendum opificium aliquod, vel rem aliam, eumque discipline gratia immoderate ac inordinate castiget, eaque castigatione damnum illi inferat, tenetur lege Aquilia ad damna omnia subsequuta, vt ad expensas omnes in eo curando, ad æstimationem operatum, si quibus ea de causa priuatus impediturque est, & ad reliqua. Quod si ita est percussus, ut oculum amisit, aut mâ cum manerit, vel alia ratione minus aptus ad in posterum operandum, tenetur ad æstimationem totius eius damni in futurum. Docent enim sola moderata, ac rationabilis castigatio permittitur pro ratione culpa, & pro cæteris circumstantiis concurrentibus, non vero irrationabilis & immoderata. Hæc habentur. l. sed curi, & duabus sequentibus. ff. ad leg. Aquil. Quod autem dictum est, teneri ad æstimationem operatum, ad quas manet impeditus in futurum, similiter intelligi in reliquis damnis, ex quibus manet eodem modo impeditus, & ad damnum. l. vlt. ff. de his qui deiecer. & c. de iniur. & damn. dar.

A Quando aliquis cædit arborem, aut tegulas, vel aliquid aliud deicit ex adificio, vel ex machina, que destruit, aut reficit, aut ex alia simili re, siquidem in locum publicum id deiciat, vt in uia publicam, aut in alium, ubi homines esse, vel transire solent, nisi prius sufficienter ac tempestiue proclamet, vt transeuntes, aut infra existentes, sufficienter euitare possint id periculum, adeo vt si illud non effugiant, culpa sit ipsorum, & non cadentium, aut deicientium, vtique, si aliquid damnum de, t tenetur lege Aquilia illud resarcire. Secus si proclamauit prius tempestiue ac sufficienter, vt illud possent euitare; aut si arborem scindat in deserto, aut in loco, ubi nullus esse solet: quia tunc, nisi sciens ibi aliquem esse, eã deiecerit, non tenetur ad damna subsequuta: quia di uinare non debuit, ibi esse aliquem, vt prius eum admoneret. Ita habetur. l. si putator. ff. ad leg. Aquil. §. item putator inst. eod. tit. l. vlt. iunctis antecedentibus. ff. de his qui deiecer. & l. 6. tit. 15. iuncta. l. 5. tit. 8. par. 7. Obserua. l. si putator citata, haberi, si quis excidat arborem, & non in loco publico, sed in priuato, in quo tamen alii aliquis semita, aut iter, quo solent homines transire, licet non ita frequenter, tunc etiam teneri excidentem, aut deicientem, de danno dato, nisi prius sufficienter ac tempestiue proclamauerit. In hoc tamen euentu in ea lege, quia non tantum est periculum, quantum in uia publica, solum docet ea lex, deicientem teneri de culpa leui, hoc est, si non adhibuit diligentiam, quam homines diligentes adhibuissent. Quod gloss. in lege Aquilia. 2. ff. ad leg. Aquil. affirmat, esse exceptionem ab ea lege, in qua statuitur, vt quis lege Aquilia de danno dato tenetur, sufficere leuissimam culpam. For tasse tamen in eo euentu nihil differt leuis culpa à le uissima: quia sufficit proclamatio tempestiua, vt homines ibi prospiciant, quam eodem modo adhibere solent homines diligentes, ac diligentissimi, eaque de causa lex illa eo modo est loquuta, nullam intendens facere exceptionem.

Peculiariter est in iure statutum, quando ex domibus effunditur aqua, aut mittitur aliquid aliud, quod nocere possit tralennibus, in vestibus, aut in corpore, vel in aliqua alia re, sine præmonitione sufficienti, vt cauere id damnum possit, id damnum sequatur soluentium esse duplum quoad æstimationem eius, qui illud est passus; & quoniam difficile erat inuenire quis de domo illud dederit, vt is solus cogere tur illud soluere, sancitum est, vt qui habitant in domum, illud soluant, eaque ratione, quod ita soluitur, soluitur ex quasi delicto, quia fieri potest, vt soluat, aut contribuat, qui sine culpa est omnino: atque in bonum commune statutum est, vt cum eo onere de quibus habitentur, vt infra, dum sermo fuerit de quasi delictis, dicentur: quando autem conperitur, quis in particulari id damnum dederit, is tenetur lege Aquilia ad id duplum, vel ei, qui id damnum est passus, vel alius, qui illud soluerunt. Hæc omnia constant ex l. 1. & seq. ff. de his qui deiecer. ex. §. 1. & 2. inst. de quali delict. & ex l. 2. §. 1. ff. par. 7.

E Qui foueas, aut instrumenta, que læsionem animalibus in eis capris inferunt, (trampas, vt xetelas hispanè dicimus) ad feras capiendas efficiunt, si in de feras, quod homines & animalia mansueta accedere non solent, esse efficiant, eaque vel homines, vel bos, aut aliud mansuetum animal, in eis decidat, ac ledatur, non tenetur qui illas fecit, damnum soluere: quia absque culpa, in locis ad id efuets, eas fecit, neque sine emolumento reipublicæ, ad necandas feras nocitas, aut ad venandos ceruos, & similes alias feras, e sui vtiles. Si vero ea efficiat in locis, in quibus decidere possunt homines, aut animalia, alia mansueta, neque admoeat sufficienter homines, ne ipsi, aut ip sorum animalia, eo accedant, ita vt singuli aut parti culari

culari ac admonitione vitare sufficienter possint id damnum, tunc tenentur lege Aquilia ad damna inde subsequuta. Secus vero si sufficienter eos admo neat, ita habetur. l. qui foueas. ff. ad leg. Aquil. & l. 7. tit. 15. par. 7.

17 Bestia, que nocere possunt, vt leones, pantera, vrsi, tauri, & similes, si asportentur per vias publicas, ita vt nocere possint, aut teneantur (etiam ligata) in loco ubi nocere possint, damnumque sequatur, puniuntur pena dupli. Ita habetur. l. huius enim, & duabus sequentibus. ff. de edi. edict. §. vlt. inst. si quadrupes dam fecit. dicat. & l. 7. tit. 15. par. 7. quæ de pena dupli non meminit, sed solum præcipit, resarciri damnum ab eo, qui in ea culpa fuit, vel id ita efficiendo cum periculo altorum, vel id fieri præcipiendo, lex tamen. 23. eiuusdem tituli idem, quod alia iura citata, statuit. Et cum iuribus citatis subiungit, quod si eius modi bestia hominem liberum damno afficiat in corpore, neque illum interficiat, tenetur dominus bestia ad impensas omnes in eo curando, & ad æstimationem operatum, quibus ea de causa priuatus est, non tamen ad hæc damna. tenetur in duplum. Et quod si mancus, aut claudus, vel alio membro orbatu maneat, arbitrio iudicis puniatur, quantum damnum hoc quoad tempus futurum æstimabitur. Si vero homo a tali bestia interficiatur, dominus soluat ducentos solidos. Et cum iura communia non explicant, cum sint applicandi, lex 23. citata exprimit, dimidium periret ad hunc Regis, & alterum dimidium ad heredes defuncti, & idem dixit additio in margine glossæ verb. & notatum. §. vlt. inst. quaferu. dam. fecit. dicat. que citat. glossam. l. qua vulgo. ff. de edi. edict. in qua tamen id non reperitur.

18 Si quis seruum suum vinculis constructum tenent & alius misericordia motus, illum soluat, tenetur domino ad damna inde ei subsequuta, atque ad æstimationem serui, si fugiat, nec recuperetur, idque actione in factum subdiaria legis Aquilia, vt lex omnia expressè habetur. §. vlt. inst. de leg. Aquil. l. & eleganter. §. item Labeo. ff. de dolo. & l. 8. tit. 15. par. 7. Si vero eum soluat ex odio domini, aut ex alia sinistra intentione, tunc, si seruus fugiat ac se furto à domino subtrahat, is qui eum soluit, tenetur domino de furto, vt habetur. §. item Labeo, citato. Lex vero. 8. citata, licet dicat teneri domino tunc ad damna, non tamen exprimit, teneri illi de furto.

19 Index, aut quicumque alius minister publicus, si damnum alicui det, aut dari præcipiat, absque rationabili & iusta causa, aut aliter culpa illius lequatur, ad illud tenetur. Quin, si iuste pignora accipiat, suaque culpa ea deteriora reddat, tenetur damnum soluere. Eadem etiam ratio, si hi (inter quos eos cõputat, qui curam habent colligendi tributa) in pignus pecudes, aut armenta, accipiant, eaque ita in clusa habeant, aut non sinant ea palcere, vel aliter eum sumere, aut bibere, eaque de causa detrimentum illis prouent, tenetur id soluere, quia culpa ipsorum prouent. Hæc habentur. l. quemadmodum §. magistatus. ff. ad leg. Aquil. & l. 4. tit. 15. par. 7.

20 Si aliena animalia damnum dent in vinea, horto, satis, prato, aut in alia re aliena, tunc, si missa ad id sint à domino corum animalium, aut à custode illorum, etiam domino incito, neque id volente, soluentur id est damnum, de iure quidem communi simpliciter, vnot. Gregor. Lopez. l. 24. tit. 15. par. 7. verb. doblado, quia non reperitur textus, qui aliud statuat, vt constat ex l. qui seruandam. §. vlt. ff. de præf. verb. ex l. Iulianus. §. glans. ff. ad exhib. & ex l. vlt. C. ad leg. Aquil. de iure vero huius Regni duplum in eo euentu, vt habetur. l. 24. citata. De iure Lusitano lib. 5. ordinationum titu. 85. sic sancitum est: *Ordenamos, que qualques pessoa, que acimemente me-*

A *ter, ou mandar meter gaados, ou bestas, em pães, vinhas, oliueas, ou pomares, no tempo em que sam coimetros por las posturas das camaras, sendo lle prouado dentro de seis meses, pela primeira vez, seia degradado tres meses fora da villa e termo, e po la segunda vez que lle for prouado, seis meses pera huum conto do reino, e po la terceira, huum anno para cada huum dos lugares da lema: mais de cada vez paguaraa o damno que fezer, e coimas, segundo as posturas das camaras. Sendo achado o gaado, ou bestas, nos ditos pães, vinhas, oliueas, ou pomares, nos ditos tempos desefos, tres vezes em huum mes, em tal caso seram degradadas as ditas bestas ou gaado, seis meses fora do termo da cidade, villa, ou lugar, onde ho dono do gaado, ou bestas, morar, e assi do termo onde assi foram achadas as tres vezes.*

B Vtrum autem, quando sine culpa domini, custos corum animalium ea immittit, tenetur dominus ad penam dupli? Quisdam, quos Grego. Lopez vbi supra refert, licet non loquantur de pena dupli, sed de solo integro simplo damno, in eo duplo incluso, (quod solum de iure communi est solum duplum) affir mantel respondens, quia præsumitur, inquit, culpa domini in custode infideli ac negligenti eligendo: atque in eandem sententiam propendit ibi Grego. Lopez quoad penam dupli in hoc Regno, ita vt licet nulla interueniat culpa domini in eo damno, non liberetur ab eo de iure communi integro soluendo, neque de iure huius Regni à pena dupli tradendo noxæ; hoc est relinquendo ei quod illi damnum est passus, animal, aut animalia, que damnum dederunt. Ego vero contrarium existimo omnino verum, saltem de pena dupli. Duos, quoniam illa non statuitur pro eiuusmodi damno vt quæ culpa habili, sed pro culpabili, immittendo de industria animalia, ad id ascendendum: negligentia autem domini in eligendo si debet ac diligenti pastore, non peruenit ad tantam culpam, vt teneatur ipsum de industria missis sita animalia ad id ascendendum, quando id nec præcepit, nec suavit custodi suorum animalium. Neque contrarium huius nostre sententia habetur. l. 24. citata, que solum statuit, soluedum esse tunc duplum datum datum, non tamen statuit soluedum esse ab alio, quam ab eo, qui id damnum de industria ita dedit. Quando vero datum id damnum est culpabili quidem negligentia custodis, ceterum non de industria, locum in hoc Regno non habet pena dupli, sed tam in hoc Regno, (tametsi id non exprimat lex 24. citata) quam de iure communi, soluedum est integrum damnum datum ab eo, cuius culpa obuenit. Ceterum, vtrum tunc solus custos, cuius negligentia est datum, tenetur illud soluere, an vero, in defectum illius, etiam dominus tenetur illud soluere, vel dominus liberetur ab eo soluendo de dendo noxæ animal, aut animalia, que illud dederunt. Satis probabile existimo, eum alius, quos idem Grego. Lopez ibidem refert, dominum, tam in hoc euentu, quam in præcedente, quando custos, absque domini voluntate, misit animalia ad dandum id damnum, ad nihil aliud teneri, quam vel ad resarcendum integrum damnum, vel ad relinquendum animalia, que illud dederunt, ei, qui illud est passus. Quoniam quando animalia absque vlla domini culpa damnum dant, ad nihil aliud tenetur dominus, vt statim, & multo copiosius, inferius offendemus. In quocunque vero euentu, in quo animalia, pastoris culpa, saltem leui, damnum dant, absque domini iussu ac voluntate, tenetur custos illud soluere, & si quid domini loco illius soluat, tenetur custos id soluere domini, si dominus integro iuris rigore aduersus custodem agere velit. Dixi, pastoris culpa saltem leui, quoniam, cum mercede conductus seruiat, contra factus que promissus fuerit in commodum ipsius, ac domini, non tenetur illi de culpa leuissima. Quia vero ei,

qui damnus est passus, tenetur de culpa leuissima actione legis Aquiliae, aut actione in factum legis Aquiliae subsidiaria, ut haecenus dictum est, tunc creditur dominum animalium teneri ad id totum damnus illi, qui illud fuerit passus, neque satis facere de dendo animalia noxae, neque tunc pastorem teneri domino, qui ipsum ad custodiam eorum animalium condixit, ad id, quod dominus soluerit ob leuissimam pastoris culpam: quoniam pastor solum tenetur domino de leui, non vero de leuissima culpa: neque mirum est, quod, qui sua pecora per famulum mercede conductum pascit, ac custodiri, eligat, ei oneri maneat ob sua animalia subiectus. Quando vero, nulla omnino interueniente culpa pastoris ac domini, animalia dilabuntur ac damnum inferunt, tunc pastor ad nihil tenetur, vel est notissimum: dominus vero tenetur, vel integrum damnum solvere, vel animalia noxae dare, ea remittendo ei, qui damnus est passus, ut dominus eligere maluerit, vt. l. 24. habetur, atque ex dicendis erit magis manifestum. Quando, in eue tibus omnibus explicatis, damnus integrum est soluedum, aut duplum illius estimari debet damnus per arbitratos ad id deputatos, nisi is qui illud est passus, & qui solvere illud debet, conueniant in istius pretio ac valore. Aestimari vero debent lata, & similia alia, quorum fructus sunt adhuc in spe, iuxta statum praesentem: quantum emerentur & venderentur, si quis spontanea vellet ea vendere: nihil impediens, quod dominus nollet ea vendere: quia mallem expectare rei euentum & apponere reliquum ex penarum industriae ac laboris.

**22** Netas est referentis alienum animal in praedio suo, illud interficere, aut aliquid circa illud efficere, unde domino damnum sequatur, vt abortus talis animalis, vel alium, sed tractare & expellere illud debet sine damno, ac si esset suum: quando quidem actionem aduersus dominum habet ad damnum recuperandum. Quod si inordinatè cum eo animali fegerat, illudque interficit, aut aliud damnus ei inierat, tenebitur compensare damnus ita datum cum accepto ex tali animali: si vero, quod ipse dat, superet acceptum, solvere tenetur domino animalis incrementum. Ita habetur. l. Quintus, & l. quamuis. ff. ad leg. Aquil. l. penult. C. eod. tit. & l. 24. citata. Vbi verb. que lo mate, refert Greg. Lopez Salycetum, Decium, & Cepolam, asserentes, si quis ius, aut aliud animal, reperiat in suo fundo, ac fugiat, posse illud occidere: atque, dum Gregor. Lopez id solum refert, nec impugnat, annuere videtur. Ego contrarium non dubito esse aerum, quando plus valet animal, quam damnus acceptum, tenebitur proinde restituere domino incrementum damni, quod illi ita inierat supra id, quod ex tali animali accepit. Atque hoc reputo uerum, esse necesse, cuius esset id animal, aut ex fuga non posset domino probare, tale animal id damnus sibi dedisse, vt dominus animalis solueret, quando non est maius, quam valeat tale animal. Ducor, quoniam iura citata id aperte sonant ac statuunt. Et quoniam aequitas non patitur, quod accipiens damnus sua autoritate puniat dominum animalis ob damnus, quod ex eo animali accepit, maius illi damnus inferendo, quam accepit, non solum quando dominus animalis in nulla fuit culpa eius damni, sed etiam quando fuit in culpa: maxime stando in solo iure communi, iuxta quod pro culpa damni, etiam quando ex industria immisisset animalibus datur, solum iubetur refarciri simpliciter, qui illud est passus. In hoc autem Regno, quamuis non bene faceret, qui animal interficeret, quod a domino fuit de industria immisissum, vt id datum daret, si tamen animal non excederet valorem dupli talis damni, in exteriori foro se posset defendere exceptione, quod dominus animalis soluat ei du-

**A** plum damni ex tali animali accepti, & quod ipse soluat ei valorem eius animalis: atque in foro conscientiae se etiam tueri posset, volens, si damnus animalis illatum exigatur, excipere, vt ipsi prius soluat duplum damni, de industria ita dati. Quando vero de industria non esset datum, tunc esto culpa aliqua interuenisset domini animalis, utique, qui animal interficeret, in conscientia, & in exteriori foro, tenetur solvere domino animalis incrementum damni dati in animali, supra damnus ex animali acceptum. Vtrum autem validum esset ac licitum statutu, quo permitteretur, vt, qui animal alienum in suo praedio inueniret, posset illud impunè & absque vlla culpa interficere: Salycetus, à Greg. Lopez vbi supra relatus, affirmanter respondet, annuoque videtur Gregor. Lopez, & cum Angelo idem affirmant Nauar. in Manu. c. 17. nu. 120. Neque ego id statutu damna rem, aut aliud, quo statueretur, vt tunc dominus animalis solvere tenetur certam pecuniam quantitatem: non quidem haec statuendo vniuersim in penam, quoniam quando absque vlla domini culpa animal elaberetur, ac reperiretur in eo praedio, nefas esset in penam id accipere, quae nulla ratione haberet potest locum, vbi nulla est culpa: sed quod, vt homines cautiore ac diligentiores essent in suis animalibus custodiendis, ac continendis ab inferendo alijs damnus, ea lex vniuersalis, omnibusque aequalis ac communis, statueretur, qua singuli eum eo onere, & grauamine sua animalia possiderent: maxime quia postea difficile potest discerni, an culpa domini, aut sine vlla proflus eius culpa, animal eo perierit.

**C** Lege quamuis, & l. 24. citatis, habetur, quod, qui animal in suo praedio inueniret, illud non includat. Quod Greg. Lopez eadem l. 24. verb. encierre, cum alijs, quos refert, limitat, nisi ignoretur, cuius sit id animal: nam tunc licitum est illud includere, vt dominus sciat, ac soluat damnus. Item nisi sit statutu aut consuetudo in contrarium, vt esse solet. Glossa vero, lo quamuis citata, verb. includit, exponit, animo celandi, atque usurpandi animal, quasi bono sine liceat id animal ad tempus includere & asserere. Semper tamen ita fieri debet, vt animal ex fame, aut siti, detrimentum non patiat: alioquin includens tenetur ad damnus inde animalis, dominove animalis, sequatur. Admonendus ergo est dominus, si non accurat ad liberandum suum animal, ad illique prouidendum de cibo & potu, animal detineri in clausum quousque damnus, aut penam soluat, & vt de illo curet. Quod si neque ipse, neque alius de sua familia, reperiat, qui ad oneri sufficienter possit, vt tali animali succurratur, tunc expensis domini eius animalis prouideri illi debet de cibo, vel pastu, ac potu necessario, alioquin includens tenebitur domino animalis de damno sequuto, iuxta. §. vlt. instit. de leg. Aquil. & alia iura citata, tum circa rem, de qua loquimur, tum etiam circa ministros publicos, qui animalia aliqua in pignus accipiunt.

**E** Si quis nauem sua culpa perlorasset, id eo, in causa esset, vt merces, aut alia in ea existentia, damnus recipere, aut vt nauis submergeretur, tenetur lege Aquilia refarcire totum damnus, vt ex se est notissimum, & habetur l. si ferus. §. si nauem. ff. ad legem Aquil. & l. 13. tit. 1. §. par. 7.

**25** Qui adussit, miscuit aliquid vino, aut alteri rei, unde id in se redderet deterius, quia acuit, aut malum contraxit saporem, vel aliud detrimentum est passus, aut illud effudit, frangendo, aut perforado vas, in quo continebatur, aut quavis alia ratione, tenetur lege Aquilia solvere id totum damnus. Si vero tritico seminato, superseminauit solum, aut aliquid aliud, quo insectum fit triticum, non eorum pendendo, aut deterius reddendo triticum in se, sed admixtione alterius rei, quae difficile separatur, tunc refarcien-

dum est id damnus actione in factum subsidiariae legis Aquiliae: & idem est, si similis permixtio rei deterioris fiat tritico iam collecto, aut cuius alteri rei, unde in ea damnus sequatur. Haec habentur. l. si ferus feruum. §. inquit lex. ff. ad leg. Aquil. §. capite tertio. in eod. tit. & l. 13. tit. 1. §. par. 7. Iunctaque ex se perspicua.

**26** Si quis seruo alieno persuasi, vt se alicui expone ret periculo, confendendo arborem sublimem, aut in alium periculosum locum, vt descendendo in puteum, aut quantis alia ratione, & inde sequatur mors, aut aliud illius damnus, vel illum impulerit, etiam in eo, aut concitauit equum, quem seruus ille ascendere, vel aliqua alia ratione, occasio aut causa, illi fuit mortis, aut damni, tenetur id refarcire domino mancipij, vel actione leg. Aquiliae subsidiariae. Ita habetur. §. vlt. in l. de leg. Aquil. l. qua actione. §. si quis de ponte, iunctis antecedentibus. Item si quis obstruxit, §. si feruum meum. ff. ad leg. Aquil. & l. 20. tit. 1. §. par. 7.

**27** Qui canem concitat aduersus aliquem, aut ferocem canem soluit, animo vt alicui noceat, vel illum deserat per aliquem locum non habens vires sufficientes ad illum tenendum, ac comprehendendum ne noceret, damnusque canis dicitur, tenetur is homo lege Aquilia, aut actione in factum subsidiariae legis Aquiliae ad id damnus refarcendum. Idem dicerem, quando canis est ferus, qui nocere solet, nec tenetur ligatus, & cum debita cautela ne cui noceat: si enim damnus dicitur, tenetur dominus, aut qui illum soluit, refarcire similiter id damnus. Excipit, nisi de nocte soluat ad custodiendum locum septum, aut interdiu ad illum custodiendum, damnusque inferat ingrediendi eum locum ad malum patrandu, aut ingrediendi irrationabiliter & inordinatè: nam tunc, qui eum soluit, suo vitur iure, ad sua custodienda; & qui ingrediunt non vt oportet, sibi imputet damnus, quod inde est sequitur. Idem quod de cane laesissimo est dictum, est dicendum, si quis stimulare equum, mulam, aut quancunque aliam bestiam, aut alter illi irriter ac prouocet ad cales mittendos, aut ad aliter nocendum: si enim inde damnus aliquod vel domino bestiae, vel cuiusque alicui, sequatur, tenetur similiter illud ei refarcire, quod de cane laesissimo dictum est. Haec habetur. l. 1. §. sed & si. ff. si quadr. pau. fecit. die. litem Mela §. item & cum eo. ff. ad leg. Aquil. & l. 21. & 22. tit. 1. §. par. 7.

**28** Item quando aliquis imperitus est ad regendum equum, iumenta, aut alia animalia, aut ad impetum eorum continentium, tunc si ea de causa talia animalia damnus dant, tenetur ipse id refarcire: quoniam in culpa est eius damni, cum aliorum periculo, id efficiendo, ad quod peritiam sufficientem, aut sufficientes vires, non habet: Ita habetur. l. idem iuris est. §. 1. ff. ad leg. Aquil. & §. impetu quoque in l. cod. tit.

**29** Præterea, qui animalia aliena, sua culpa fugauit, aut ita vris, vel minatus est, vt precipitarentur, disperserent, aborlum facerent, aut aliud detrimentum acciperent, vel alij darent, tenetur compensare id totum damnus. Ita habetur. §. vlt. in l. de leg. Aquil. & l. 21. tit. 1. §. par. 7.

**30** Qui sua culpa, saltem leuissima, occiderit mancipium alienum, aut pecudem alienam, tenetur lege Aquilia solvere domino, quantum plus id valuit intra annum retro computandum vsque ad punctum occisionis, ita quod dominus eligere potest valorem quem res habebat tempore occisionis, vel quem habebat in quocunque die, aut puncto totius anni antecedentis finiti in puncto occisionis talis rei, quem maluerit. Atque hoc de interfectione mancipij, aut pecudis, appellatur primum caput legis Aquiliae. In eo vero, pecudem nomine non comprehenduntur

**A** ferae, quae non conueniunt pasci gregatim, sed solum quadrupedia non fera, quae gregatim pasci conueniunt, vt sunt equi, muli, oves, boues, & fures, & similia animalia. Computantur etiam cum eiusmodi animalibus camelus & elephantes. Haec omnia habentur. l. 2. & l. 1. tit. 1. §. ad leg. Aquil. in l. cod. tit. in prin. & l. 13. tit. 1. §. par. 7. Atque quamuis tale mancipium, aut pecus, tempore occisionis esse machum, caecum, aut debile, ac proinde exigui valoris, si tamè in aliquo momento totius anni retro, vsque ad occisionis tempus erat sanum ac robustum, loquere pro inde maioris valoris, solui debet in eo maiori valore quem tunc habebat, vt expressè habetur. §. his autem in l. eod. tit. l. inde Neratius. §. idem Iulianus. ff. eo. tit. & l. 1. §. tit. 1. §. par. 7. Quod similiter intellege in triginta diebus eluentis sequentis. Sit enim ab aliquo alio, intra eum annum, aut intra eos triginta dies, fuit illatum damnus, quo ea res fuit reddita deterius, tunc, qui illud intulit, tenetur lege Aquilia de eo damno, neque est spectandus maior valor, quem ea res ante eam lesionem intra eum annum aut intra eos triginta dies habuit, vt posteriori, qui damnus intulit, eum soluat. Ita Gregor. Lopez. l. 19. citata glossa. iuxta Mela. §. Celsus. ff. ad leg. Aquil.

**C** Qui vero non interficit mancipium, aut pecudem, sed solum sua culpa vulnerat, aut aliud damnum ei inferit, vel cuius alteri rei alienae, siue animatae, siue inanimatae, quodcunque damnus intulit, etiam mortis, aut omnimodae destructionis, soluit lege Aquilia, quantum res illa valet tempore damni accepti, aut triginta diebus antea, vt maluerit dominus, qui id damnus est passus, ut hoc appellatur tertium caput legis Aquiliae. Secundum vero in distinetudinem abijt, & cum tertio computatur. Haec habentur. l. si ferus feruum. §. tertio autem capite. ff. ad leg. Aquil. §. tertio capite in l. eod. tit. & l. 28. tit. 1. §. par. 7.

**D** Quando autem damnus fuisse sibi datum probatum fuit sufficienter ab eo qui illud est passus, statuit iuramento illius, quantum illud ardeatur, accedente iudicis arbitrio ac moderazione, vt habet. l. 18. cit.

**33** Quia lex Aquilia non solum praecipit restituendum datum, sed etiam, quod plus valet res, vel intra annum antea, vel intra triginta dies modo explicato, intulit de leg. Aquil. §. his autem, haec uerba subiunguntur: Quae ratione creditum est, penalem esse huius legis actionem: quia non solum tanti quisque obligatur, quantum damnus dederit, sed aliquando longe plus. Ideo, constat, in haec edem eam actionem non transire: quae in auctoritate fuisse, si, vltro damnus, iniquam huius estimaretur. Hinc vnum est satis perspicuum, alterum vero maxime dubium, scilicet, quae dignum, atque ea ratione accuratè examinandum. Quod est perspicuum, hoc sane est. Legem hanc penalem esse quoad excessum ultra damnus culpa datum: idemque dicendum est de legibus supra relatis, quae duplum damni dati in aliquibus euentibus solui precipiunt. Atque quemadmodum haec omnes leges penales sunt quoad excessum ultra damnus culpa datum, sic etiam neque obligant ad illius solutionem ante latam sententiam, & antequam ad eam sententiam, exigatur in eius sententia executionem, vt supra in hoc tractatu saepe est dictum: neque item actio ad eum excessum transeat aduersus heredes delinquentis, vt ex §. his autem, verbis paulo antea relatis, ex l. inde Neratius. §. hanc actionem. ff. ad leg. Aquil. & ex l. 3. tit. 1. §. par. 7. constat. Excipiant huiusmodi testata fuisse aduersus eum, qui damnus dedit, an requiritur ille de vita discederet, nam tunc heredes illius tenentur, non solum ad damnus, sed et ad penam, vt habetur. l. 3. citata, satisque perspicuum est ex dictis in

principio disputationis precedens. Vtrum autem actio, quoad eiusmodi excessum, competat hereditibus eius, qui damnum est passus, quibus. l. inde Nerarius. §. hanc actionem ff. ad legem Aquil. & l. 2. in prin. tit. 1. §. par. 7. affirmat actionem legis Aquiliae competere hereditibus eius, qui damnum est passus: quod tamen atinet ad excessum, de quo loquimur, quo ad quem ea actio poenalis est, dico, no trā fire, nisi is, cui succedunt, dum viueret, actionem instantasset, aut eam preparasset: competere tamen eis querelam, vt de actione ad poenam furti in principio disputationis precedentis vtrumque est dictum; est quippe vtrouque eadem ratio.

34 Alterum verò, quod ex eisdem verbis paragraphi his autem, supra relatis, est maximè dubium, ac scitu dignum, hoc profectò est. Num lex Aquilia, actioque ex illa concessa, sit poenalis, etiam quo ad damnum culpa datum, ac proinde ea actio, etiam quoad id damnum præcisè sumptu ab excessu, qui in poenam statuitur, non competat aduersus heredes eius, qui illud dedit, quando lis contestata non fuit aduersus dantem, dum ille adhuc viueret. Ac sanè iura sentire statuereque videntur, etiam quoad id damnum, legem Aquiliae, actionemque ex illa esse poenalem, nec competere aduersus heredes eius, qui illud dedit, quando lis contestata non fuit aduersus eum antequam moreretur. Id quod satis aperte innunt verba relata ex §. his autem, & vide tur haberi aperte. l. inde Nerarius. §. hanc actionem ff. ad leg. Aquil. dum ibi sic dicitur: *actionem hanc heredi, caterisque successoribus, dari constat; sed in heredem, vel ceteros (successores scilicet) hanc actio non dabitur; cum sit poenalis: nisi forte ex damno locupletior heres sit factus.* Vbi vides Vlpianum, cuius est hic textus, affirmare actionem ex lege Aquilia concedi hereditibus eius, qui damnum est passus, aduersus eum, qui illud dedit: in quo consentit. l. 2. in prin. tit. 1. §. par. 7. Et negare, concedi etiam ei, qui damnum est passus, actionem aduersus heredes eius, qui illud dedit, nisi ex damno facti sint locupletiores atque idem affirmat. l. 3. tit. 1. §. par. 7. Arbitror tamen dicendum esse. Si damnum proficiscatur ex ea culpa, seclusa omni lege humana, qui illud dedit, teneretur in foro conscientie: illud restituere ex parte iniuste acceptionis, damni iniuste dati, tunc heredes illius teneri restituere illud integrum de bonis defuncti sub reatu culpae lethalis, esto, neque qui illud dedit, neque heredes illius facti sint ex eo damno locupletiores. Probatur, quoniam restitutio illa est verum debitum defuncti, non minus quam si furatus fuisset id damnum, seu detrimentum, quod dedit: ac proinde, quod ea de causa est restituendum, computatur inter res alienum talis defuncti: defunctus verò non plus relinquere censetur in bonis, neque plus ad ipsius heredes, ac legatarios, de bonis illius spectat, quam quod remanserit deducto ære toto alieno eius defuncti:quare tenentur id totum restituere in foro conscientie, neque, quoad id, lex Aquilia censetur, aut censori potest, lex poenalis. Idem arbitror esse dicendum quoad hoc damnum in foro exteriori, ac proinde concedendum esse in foro exteriori actionem prosequitiam aduersus heredes quoad hoc damnum, quicquid Vlpianus senserit in illo. §. hanc actionem, vnde cætera posteriora iura originem habuerunt. Mirumque est, quòd, si quis cum lethali culpa exussisset (egeres alienas, si que mortuus fuisset, antequam earum dominus agnouisset damnum sibi datum, concedenda non est in foro exteriori illarum domino actio aduersus heredes talis malefactoris, vt de bonis illius rescarentur damnum ita iniuste ab illo datum. Neque valet hæc consequentia; lex Aquilia est poenalis, quia, aut quatenus, præcipit

A reddere aliquid ultra damnum iniuste datum, ergo est poenalis, ac proinde ex ea non conceditur actio aduersus heredes illius, qui tale damnum dedit, etiā quoad solum damnum iniuste ab eo datum; quod con sequentia seculis videtur Vlpianum, & post eum, atque cum eo, Theophilum. §. his autem, in fine de lege Aquilia in verbis illis, quæ ex illo supra retulimus, si vterque in ea fuit sententia, quòd neque quoad dā num iniuste datum, præcisèque consideratum, de tur actio aduersus heredes illius, qui illud dedit: quare neque in exteriori foro erit standum tali sententia. Theophilus verò ipse confiteretur, actionem ex lege Aquilia transirantur fuisse aduersus heredes eius, qui damnum dedit, si lege Aquilia præcipitur, vt solum rescaretur damnum datum.

B Qui sua culpa damnum dat, non solum tenetur restituere damnum, seu valorem rei in se, quam destruxit, aut deteriori reddidit, sed etiam, si inde restituit damnum, diminutioe valoris in alijs rebus, aut quoduis aliud damnum ac detrimentum, id etiam tenetur restituere actione ex lege Aquilia, atque etiam in foro conscientie, nulla expectata sententia quoniam sua culpa eorum omnium est causa. Vt si quis ex pluribus multis, qui in seruebant ad aliquod ministerium, ita vt sine vno eorum exerceri non posset, aut ex pluribus equis inferuentibus ad vehendum plastrum, aut rheadam, vel ex seruis tibicinibus, aut cantoribus, vnum interficiat, tenetur soluere, non solum quantum ille in se valebat, sed etiam quantum minus valeret reliqui sine illo. Item si mancipium in seruum erant heres ab aliquo, & an ream delata ad illud esset hereditas, fuit interfectam, tenetur occidens restituere domino, etiam cō modum, quod ex ea hereditate sperabat, & ita de quocunque alio detrimento, quod ex tali occasione, aut priori damno obueniret. Ita habetur. §. illud in fine de leg. Aquil. l. ait lex. l. proinde. l. inde Nerarius in prin. & §. sed & §. si ferus. ff. eod. tit. & l. 19. tit. 1. §. par. 7.

C Si aliquis coram iudice conueniatur de damno dato, nequeque se illud dedisse, ac postea testibus sufficienter probetur illud dedisse, cogitur soluere duplum. Ita habetur. l. 2. & l. inde Nerarius. §. hæc actio. ff. ad leg. Aquil. l. contra negantem, & l. sequè ti (quæ intelligenda est cum glossa ibi, & cum communi doctorum sententia, quado negantur damnum id dedisse) C. eod. tit. & l. 16. tit. 1. §. par. 7. Atque duplicatur in poenam non solum damnum datum, sed etiam quicquid lege Aquilia cogendum erat soluere, si non negasset se dedisse id damnum, vt affirmant glossæ tribus iuribus priori loco citatis, Azou, & alij, quos Greg. Lopez. l. 16. citata glo. 1. refert ac sequitur. Licet autem quidam dicant, iudicem ex officio suo posse ac debere in eo euentu condemnare ad poenam dupli, esto non peratur; Greg. tamen Lopez ibidem ait, tunc esse, si in libello peratur, vt cō demnetur in duplum, si damnum negauerit. Porro tunc solum cogitur soluere duplum, quando, postquam damnum in iudicio negatur, ei sufficienter per testes, aut aliunde, probatur damnum id dedisse.

E Cuius autem quando id postea constat ex sua confessione, siue adhibuit fuerit ei iuramentum, siue non. Ita affirmat tres glossæ citatæ ac doctores communiter, habeturque. l. 16. citata. & consentit. l. eum qui in prin. ff. de iureiur. Si minor neget se dedisse damnū, restituitur in integrum, vt nõ cogatur soluere dupli sed solum simplicem, ac si delictum fuisset confessus. Ita habetur. l. si ex causa. §. nunc in minorib. ff. de minor. l. electio. §. neque. ff. de noxal. act. & l. 16. citata. Itē, si vxor aduersus virum, vel vir aduersus vxorē, agat de dano dato, etiam si qui damnū dedit, neget se id dedisse, ac conuincatur, non datur nisi ad simplex damnū rescariendum, non verò ad poenam illam. Ita

Ita habetur. l. 16. citata, & constat ex dictis supra de furtis domesticis.

37 Si agatur aduersus aliquem ciuilitate lege Aquilia, quòd interfecerit, aut vulnerauerit, feruum alienum, aut quòd aliud damnum intulerit: si que constitatur, se id damnum intulisse: si postea probet, id damnum non esse illatum, quia probat eum feruum viue re, aut ex morbo, & non ex interfectione, fuisse mortuum: vel quia probat feruum, quem vulnerasse fuerat confessus, nunquam vulnus accepisse; aut quia probat id, cui aliud damnum intulisse fuerat confessus, nunquam tale damnum fuisse passum: tunc non tenetur lege Aquilia rescarcire id damnum: secus autem, si probetur, aut constet, id damnum esse datum: nam tunc condemnatur lege Aquilia, nihil impedire, quòd probare postea velit, se illud non dedisse, nisi si probet, quod illud dederit, seque nulla ratione id fecisse. Ita habetur. l. inde Nerarius. §. vt. & tribus legibus sequentibus. ff. ad legem Aquil. & l. 17. tit. 1. §. par. 7.

38 Quando multi vulnerarunt eundem feruum alienum, & mortuus est, ad eò discordare videntur Vlpianus. l. item Mela. §. sed si feruum, & l. huic scriptura. §. si ferus, & Iulianus. l. ita vulneratus. ff. ad leg. Aquil. vt difficile ad concordiam adduci possit: videtur; tamet glossæ fatagant ad concordiam eos reuocare. Dicam verò, vt theologus, ac moralis Philosophus, quod consonantia nature rei, posita iuris ciuilibus dispositione circa legem Aquiliam, videatur mihi: id quod consonum erit legi. l. 5. tit. 1. §. par. 7. tamet ea lex non omnes euentus circa rem hanc definiat.

Quando multi eum feruum vulnerarunt, (idem suo modo dic, si pecudem alienam similiter occiderunt) nec constat ex cuius vulnere is interierit, quia vel omnia vulnera erant eque lethalia, vel quia licet constet vnum tantum esse lethale, ignoratur quis eò illud intulisset, vel denique quia ignoratur, num ex posteriori vulnere, licet leuiori, adiuncto antecedenti, mortuus fuerit, si ciuilitate agitur ad damnum, & ad poenam, vt tantum solatur, quantum ille plus valuit intra annum computatum retro à puncto vulneris lethalis infligendi, modo supra explicato, tunc aduersus singulos, de quibus est dubium, an illum interfecerint, agi potest, aduersus eius, cui id damnum est rescariendum, & aduersus omnes simul, vt contribuant, non tamen agi potest aduersus omnes, vt singuli id totum tribuant. Quòd si agatur aduersus vnum solum, & ille non integre soluat, uel quia disparuit, neque inuenitur bona illius, vnde soluat, uel quia non est solvendo id totum damnum, agi potest aduersus quemcunque alium, vel aduersus quoscunque alios ex reliquis, vt integre id totum soluant. Vno tamen ex omnibus perfoluente integre id totum, quod lege Aquilia statutum est vt soluat, is, cui ea actio competebat, agere non potest aduersus reliquos. Qui tamen soluit, poterit agere aduersus reliquos actione negotiorum gestorum, vt cō tribuant, quod loco illorum soluit: quandoquidem actio tunc æque aduersus omnes competebat, omnesque erant debitores interesse illius. Quis, si is, cui solvendum id erat, & cui ea actio competebat, cedat ei, qui totum soluit, actionem, quæ ei aduersus reliquos competebat, agere tunc is poterit lege Aquilia, vt singuli contribuant. Imò, si unus non sit solvendo, agere poterit, vt reliqui secum totum perfoluant.

Primum eorum, quæ dicta sunt, nempe agi tunc posse aduersus singulos, de quibus est dubium, quis illum interfecit, quando constat omnes eum vulnerasse, & ignoratur, ex cuius vulnere interierit, idque pro arbitrio eius, cui id damnum est rescariendum, habetur. l. item Mela. §. sed si feruum, & §. sed si plu Tom. III. Pars Posterior.

res, & l. ita vulneratus. §. rursus verbi, id que est consequens. ff. ad leg. Aquil. & multo expressius. l. 1. §. tit. 1. §. par. 7.

Secundum verò, quòd scilicet agi possit simul aduersus omnes, saltem ut contribuant id totum, quod lege Aquilia est soluendum, satis perspicuum est: quoniam ex iuribus citatis, actio aduersus omnes competit ei, cui tale damnum est solvendum: quare agere poterit aduersus omnes simul, saltem vt omnes illud totum soluant, contribuendo inter se, atque cō tribuendo etiam pro ijs, qui re ipsa non statim soluerint: eo modo, quo de duobus reis debendi, & de fideiussoribus, qui in integrum tenentur, supra suo loco est dictum.

Terium verò, videlicet quòd agi non possit aduersus omnes, vt singuli id totum tribuant, probatur. Quoniam lex Aquilia solum est statutum, vt pro ferro iniuste occiso solatur, nõ solum damnum ei datum, sed simul etiam in poenam, si quid plus valuit intra annum retro à puncto vulneris lethalis infligendi: quatuor eum percussissens, ac neciterur, ex cuius vulnere interierit, sequentur, solvendum, ex cuius vulnere est quadruplum damni accepti, & super quadruplum incrementi æstimationis, si quod fore habuit in aliquo puncto anni antecedentis; quod est omnino irrationabile, & præter intentum legis Aquilia: præsertim quando constaret, vno solo vulnere interijisse, sed ignoraretur, quis illorū illud dedisset: nam tunc vnus solus dedisset id damnum, & vnus solus ad illud re ipsa teneretur, sed ignorantia faceret, vt omnes pro indiuiso tenerentur, interrum dum non constaret, quis illud dederit. Imò, si aliquis alius prius eum feruum vulnerasset, fed non lethalter, teneretur de ferro vulnerato, quanto plus æstimeretur, quam cum eo vulnere, intra dies triginta antea, vt habetur. l. 1. §. citata, iuxta l. item Mela. §. Celsus, & l. hæc scriptura. §. si ferus. ff. ad leg. Aquil. & occisor solum teneretur de ferro illo, detracto eo valore ex vulnere prius accepto, quem solueret neretur is, qui id vulnus prius inflixit, iuxta eadem iura proximè citata. Vnde merito. l. 1. §. citata, statuit vt quando multi percussissent, & non constat ex cuius vulnere interierit, soluetur vnus integre damnum iuxta maiorem valorem, quem intra annum retro feruus occisus habuit, non maneat actio legis Aquiliae ei, qui damnum est passus, aduersus reliquos. Neque refragatur. l. item Mela. §. si plures. ff. ad leg. Aquil. quæ sic habet: *Si plures trahem deiecerint, & hominem oppresserint, æque veteribus placet, omnes lege Aquilia teneri.* Sentus enim est, quòd omnes æque teneantur ad æstimationem damni, & ad maiorem valorem, si quem feruus occisus habuit intra totum annum antecedentem, & quòd singuli pro indiuiso teneantur in solidum ad id totum damnum, eo quòd singuli id totum dederunt totalitate effectus ac damni dati: non tamen est sensus, quòd singuli ita teneantur soluere integrum damnum ei, qui illud est passus, quasi tot æstimationes integras totius damni accipere debeat, quot fuerint, qui illud dederunt totaliter, effectus totalitate, accipiendo singulas integras a singulis: id enim esset profusus irrationabile: sed quia nihilominus singuli partialiter tantum illud dederunt, causa partialitate: & omnes simul totaliter, totalitate causa, omnes quidem pro indiuiso tenentur ei soluere integrum damnum vnica solutione, qua sufficienter illud ciuilitate ei rescari iuxta legis Aquiliae dispositionem; singuli tamen solum tenentur contribuere æqualiter: & de causa, si vnus eorum totum soluat, vel quia is, qui illud est passus, ab eo solo illud exegerit, eo q. modo explicato, integrum illud debeat, vel aliqua alia ratione, reli qui contribuere ei tenentur, quod loco ipsorū soluit: non secus atque hæc omnia similiter habent locum

in multis reis debendi in solidum idem debitum, ut suo loco supra explanatum est.

Exemplum verò, quod Iulianus. Ita vulneratus. §. vlt. ff. ad leg. Aquil. assert in confirmationem suæ sententiæ, de qua statim erit sermo, nempe, si tres fuerint eadem trabem, quâ unus solus furari, amoue re ve à loco, in quo erat, non poterat, omnes teneri de furto, sanè potius confirmat, quàm infirmet nostram sententiam. Et enim, si aduersus illos agatur ciuili ter condicione futuri, ridiculum est affirmare, deberi condemnari, vt restituant tres trabes domino trabis furto ablata, singuli singulas, & vt insu per relasciant si quæ damna fuerint eidem domino ex eo furto subsequuta, singuli ea integra, ac proinde omnes simul in triplum: & si vterius agatur fur ti etiam actione ad penam dupli, ridiculum similiter est, condemnandos esse, vt singuli soluant insu per duplum aestimationis trabis, ita vt dominus accipiat sextuplum ex omnibus. Quod ergo eo. §. Iulianus voluit, est, omnes, ac singulos, teneri in coe uent u de furto, & licet singuli teneantur ad totum furtum, & ad integra damna inde subsequuta, eo quòd singuli causa fuerunt totius furti, teneri ta men singulos pro indiuiso in solidum: ceterum, quia partialis causa fuerunt eius furti, causa partia litate, teneri singulos contribuere partem, & ita om nes simul teneri soluere totum, vnoque soluente in tegrum furtum ac damna, dominum trabis nihil aliud posse petere à reliquis: eum tamen, qui inte grum furtum damnaque integra soluit loco omni um, petere actione negotiorum gestorum posse, vt reliqui ipsi restituant partes, quas eorum loco soluit. Si autem ageretur criminaliter ad penam corporalem, singuli profecto essent damnandi, ac si solam tertiam partem trabis vnusquisque esset fura tus: & insuper, si fuit etiam causa furti aliorum cete rorum, id ei consulendo, aut ad id eum aliter mo uendo, puniendus est etiam criminaliter, tanquam causa furti partis alia eiusdem trabis.

Quartum denique, & reliqua, quæ subiungun tur, satis perspicua sunt ex probationibus trium præ cedentium, atque ex dictis in materia de contractibus, dum nobis erat sermo de duobus reis debèdi, atque de fideiusoribus in solidum pro debito ali quo. Neque dubito, dominum mancipij, si accipiat ab vno solo totum, quod lege Aquilia ipsi est sol uendum pro damno interfectionis mancipij, tene ri ei cedere actiones tuas legis Aquiliae aduersus reli quos, vt, qui partes aliorum soluit, eas ex illis actione legis Aquiliae recuperare etiam possit, vt de credi tose accipiente integrum suum debitum ex uno reo debendi, aut ex uno fideiussore, in solidum, ce dere ei actiones tuas teneri, vt, quod loco aliorum soluit, recuperare ex eis possit, prædicto loco est dictum.

Quod ad irregularitatem pro homicidio attinet, dicendum est, singulos, de quibus est dubium, an ex eorum vulnere tale mancipium, aut quilibet alius, intererit, censendos esse irregulares interim, dum aliud non constat. Ratio autem est, quoniam, licet quando est dubium, an pro aliquo actu sit imposita irregularitas in iure, censendum sit impositam non esse, ac proinde censendum sit exercecent eum ac tum irregularem non esse: quando tamen constat pro actu aliquo impositam esse irregularitatem in iure, vt constat impositam esse pro homicidio, tunc in dubio, an aliquis occiderit, reputandus est irregu laris, vt tractatu sequenti, dum de irregularitate pro homicidio, & mutilatione, sermo fuerit, dicitur, & constat in re proposita ex c. significasti. 2. de homici dio, & c. ubi affirmat Greg. Lop. l. 1. §. citata gl. 1. Si verò agatur pro eiusmodi homicidio criminali ter, quanta pena imponi debeat singulis, de quibus

A est dubium, an ex ipso forum vulnere aliquis intererit dicitur tractatu sequenti.

Quando verò vnus percussit ehaliter feruum a lienum, & alius postea ex intervallo illum iteru percussit ac interfecit, dis cordes videntur Iulianus. Ita vulneratus. ff. ad leg. Aquil. & Vlpian. item Mela. §. Celsus. & l. huic scriptura. §. si feruus. ff. ad leg. Aquil. Iulianus enim affirmauit, vtrumque teneri de seruo occiso lege Aquilia, annuum, quoad primum, co putandum esse retro à puncto, quo vulnus lethale in fluxit: quoad secundum verò à puncto, quo postea per cussit ac interfecit: atque innuere videtur, vtrumque teneri ad integram satisfactionem ex lege Aquilia, ita ut duplex integra satisfactio fieri debeat domino serui alieni. Vlpianus vero postea cū Celso & Mar cello asseruit, primum teneri solum de seruo vulne rato, quod ad dispositionem leg. Aquiliae attinet: se cundum verò teneri de seruo occiso, atque hoc ip sum statuit. l. 1. §. 1. par. 7. huicque definitioni, vt posteriori, ac correctorie dispositionis Iuliani, est standum, quam etiam asseruisse Celsum, & probabi liorem existimasse Marcellum, refert Vlp. §. Celsus citato. Scio glossam. l. ita vulneratus, ad cōcordiam adducere voluisse vtraque sententiam, quòd Vlpia nus sit loquens, quando vulnus erat lethale, sed non certum omnino, quod percussus moriturus esset ex illo: & Iulianus quando certum omnino esset, mori turum fuisse ex illo. Ceterum vti que iuriconsultus simpliciter vnuer si mque loquitur: neque vnquam est dicendum, soluèdam dominum serui esse duplam aestimationem illius, sed simplicem tantum. Atque iux ta Vlpiani sententiam, primum, qui primò lethaliter percussit, restituere debet domino serui, quantum mi nus valet eum eo vulnere, & secundum seruum, quan tum plus valebat intra dies triginta retro computa tos à puncto vulneris inflixi: & insuper soluere de bet expensas vsque ad vulnus postea illi ab alio da tum, & omnia alia damna vsque ad id instantis suble quata. Is verò, qui postea interfecit, soluere solum te netur, quantum seruus plus valet intra annum re tro computatum à puncto posterioris vulneris, de tracto, quod minus valet propter prius vulnus ab alio inflictum: nam eam aestimationem soluere tene tur, qui prius vulnus inflixit, vt dictum est. Atque hæc Vlpiani decilio satis consona est rectæ rationi, & amplectenda, quod attinet ad ciuilem actionem ex lege Aquiliae, de qua sola ipse loquitur.

Quod verò attinet ad irregularitatem, vt que pro cul dubio irregularitatem incurrit eo quòd vtrique causa fuerit mortis illius, & consentit. c. consultiuisti. 2. de homicidio. Erat verò vtrique irregularis ex ho micidio voluntario, si vtrique eo modo percutere intendit. De pena verò criminali vtriusque, tracta tu sequenti erit sermo. Si tamen secundus casu acce leraret mortem, ignorans vulnere eum esse, aut præter intentionem id efficiens, vnde sequuta esset mors, tunc irregularis non esset ex homicidio vol untario, neque ipse, sed primus, teneretur de manci pio mortuo, quando non effecit, quod ad mortem sufficeret, si non præcessisset vilius aliud lethale vul nus. Quando vnus lethale vulnus inflixit: etiam ve rò postea, vt ex ruina, aut ex alio infortunio, seruus ita percussus interierit, tunc, quia ita eum percussit, non tenetur lege Aquilia de seruo mortuo, sed de ser uo vulnerato. Quando verò post vulnus acceptum, legatus alteri fuit, aut manumissus, si moriatur ex eo vulnere, leg. Aquil. tenetur de seruo mortuo. Vtrique habetur. l. huic scriptura. §. si feruus. ff. ad leg. Aqu.

Quando alienus seruus vulneratus fuit non morti ferè, si negligentia, aut culpa sua, vel domini, aut al terius, interij, percussor non tenetur de seruo occiso, sed de seruo vulnerato. Ita habetur. l. qui occiderit. §. vlt. ff. ad leg. Aquil. Idem quando criminaliter agi tur

ut de seruo, aut de homine libero, ita non morti ferè vulnerato, qui culpa sua, Chirurgi, aut aliterius, interij.

Actio de damno dato competit domino rei, & hæredibus illius post eius mortem, præcisè quoad da num, atque etiam quoad penam, si is fuerat à de functo contestata, aut preparata, vt supra dictum est. Competit etiam vsufructuario, atque vsuario, sed præcisè quoad damnum in vsu fructu, aut in vsu, suscepto. Ita habetur. l. item Mela. §. vlt. & l. seq. ff. ad leg. Aquil. & l. 2. tit. 1. §. par. 7. Item possessori rei bo na fidei, in qua damnum est datum, competit hæc actio, ita vt repelli non possit exceptione, quòd ad ip sum non attineat. Ita habetur. l. item Mela. §. fed si seruus bona fide. ff. ad leg. Aquil. & l. 2. citata. Quod glossa. §. fed si seruus citato, ex Azone intelligit, mo do cum titulo possidete, & consentit Grego. Lopez vbi supra. Depositiarius item agit loco domini, si sit absens, vt habetur. l. 2. citata ex doctrina Azonis. Et idem iudetur esse de commodatario, & de quocun que alio legitimo detentore, quando dominus rei est absens, vt ibi Grego. Lopez affirmat. Lex ta men item Mela. §. eum. ff. ad leg. Aquil. commodatario denegat hanc actionem. Quod intelligendum est, nomine proprio, & quando dominus est præ sents. Item intelligenda est, quoad damnum domi ni, & quoad id, quod penale est in hac actione de iur e humano introductum: secus autem quoad particulare damnum, præcisè sumptum, quod sequitur commodatario, conductori, aut cuiuscunque alteri eius rei legitimo detentori, quoniam id actione in factum exigere optime potest ab eo, qui illud ei dedit. Si pignori datum sit datum, dominus pigno ris agit lege Aquilia, & non creditor: nisi quando debitor non est solvendo, aut creditor periculum inuenerit: nam tunc agit creditor, & retinet vsque ad debiti quantitatem: reliquum verò restituit debi tori, deductis expensis. Ita habetur. l. qui occiderit. §. ff. ad leg. Aquil. & l. 2. citata, quæ dilucidius hoc definit.

Si seruus in particulari erit alieni legatus, & post delatam hereditatem, & ante eam aditam, fuit occi sus, ait Vlpianus. l. huic scriptura, in prin. ff. ad leg. Aquil. competere hereditatione hereditatis, actionem legis Aquiliae, & non legatario: innuereque vi detur, ad nihil teneri hæredem legatario, sed quòd ea actione fuerit hæres consequutus, ad ipsum, & ni hil ad legatarium, pertinere. Quod certè videtur val de durum. Et enim, statim delata hereditate, compa raui legatarius ius integrum ac perfectum ad eum seruum, licet non comparet dominium, nisi à pun cto adita hereditatis, si tunc seruus in rerum natu ra existat: quare æquitas postulasset, vt actio legis Aquiliae cederetur in eo euentu, aut certè sine cetho ne competere legatario. Atque in hoc Regno, in quo, iuxta. l. 1. titu. 4. lib. 5. nouæ collect. legata valida sunt, esto heres in situus hereditatem nõ adeat, arbitor esse omnino dicendum, competere hanc actionem legatario eo ipso, quòd seruus post aditã hereditatem est mortuus, siue post eam delatam, & ante eam aditam, siue post eam aditam, fuerit occi sus. Quando seruus legatus in singulari, vulnera tus fuit post delatam hereditatem, & ante eam ad itam, viuebatque post eam aditam, tunc hæres post aditam hereditatem tenetur cedere actionem legis Aquiliae legatario, vt habetur. l. huic scripturae cita ta, & l. 2. tit. 1. §. par. 7. Quod si legatarius sit absens, agit hæres, aut quicumque alius eius rei tenentor, actio nem legis Aquiliae ad id damnum loco legatarij, vt, quod obinuerit, ei restituit, deductis expensis, vt ha betur eadem l. 2. citata.

Quòd si seruus sit vulneratus, aut interfecus, post aditam hereditatem, tunc, cum à puncto heredita

tis adita, dominium serui illius transisse censetur in legatarium à tempore mortis testatoris hereditati ue delata, vtrique actio legis Aquiliae pro eo dam no competit folo legatario, si prærens sit, vt habe tur. l. liber homo. §. si seruus legatus. ff. ad legem Aquil. Hæc, quæ de seruo legato dicta sunt similiter intellige de quocunque alio animali legato, & de quacunque alia re legata, vt habetur. l. 2. citata, at que ex le liquet, cum sit eadem ratio.

DISPV T. 698.

Vtrum, qui culpa solum leui, aut leuissima, damnum dedit, teneatur in foro conscientie ante latam sententiam illud restituere; an verò solum in exteriori foro teneatur illud restituere, ac proinde expectare possit in conscientia foro, vt feratur sententia.

S P M M A R I V M.

- 1. Qui asserat solum dantem damnum dolo, aut lata culpa teneri illud restituere in conscientia foro ante latam sententiam: non verò dantem illud culpa sola leui, aut leuissima.
2. Qui asserat dantem damnum culpa solum leui, aut leuissima, teneri illud restituere in foro conscientie, nulla expectata sententia.
3. Damnum ita datum, quòd nisi in dans firmum habe ret propositum illud restituendi in euentu, quòd eue niret, peccaret contra iustitiam, restituere illud tene tur in conscientia foro nulla expectata sententia, si eueniat: transijt, & obligatio ad ipsius hæredes.
4. Damnum dari potest culpa theologia lethali, interueniente sola culpa leui, aut leuissima, iuridica. Fieri item potest, vt interueniat culpa iuridica lata eis pro ximi notabili detrimento, absque culpa theologia lethali.
5. Damnum datum culpa iuridica absque culpa theolo gica, idque quod lex Aquilia insuper solum statuit, non in penam est statutum, neque statui potuit, sed in commune reipublica bonum, pro principum ad id potestate.
6. Damnum datum culpa iuridica absque culpa theolo gica, non solum quoad incrementum l. Aquiliae stat utum, sed etia quo ad damnum ipsum, non est obli gatio restituendi in foro conscientie ante latam sen tentiam in exteriori foro.
7. Damnum iniuste datum culpa theologia veniali, re stituendum est in foro conscientie, nulla expec tata sententia.
8. Damnum, ex quo quis tenetur contracti iuris vt dis positione, vt ex commodato, locatione, & c. estio nul la interueniat culpa theologia, restituendum est in foro conscientie, nulla expectata sententia.

Innocentius. c. sicut dignum, de homic. quem sequuti sunt Panor. cap. cum causam, de testib. nu. 7. c. dilecti de arbit. nu. 12. & cap. quoniam contra, de probat. nume. 18. Syluest. verb. culpa. nume. 5. & 6. & verb. aduocatus §. vlt. ac verb. re stitutio 2. pronunciat. 12. Decius. Fel. & alij, quos Couar. in 4. decret. par. 2. capit. 6. §. 8. nume. 12. re fert, in ea fuit sententia, vt diceret. Eum quidem, qui damnum dedit dolo, aut lata culpa, restituere teneri damnum in foro conscientie nulla expectata sententia. Eum tamen, qui leui, aut leuissima, culpa damnum dedit, non prius teneri illud restituere, quam in exteriori foro sententia feratur. Atque